

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

Tab. XVII.

PROLES
MAXIMILIANI I.

PROLES
MAXI-
MILIA-
NI I.

BREVIARIUM VITÆ MARGARITÆ ET GEORGII
EX NUMMIS.

MARGARITA MAXIMILIANO Archiduci ex priore coniuge MARIA Bruxellis anno 1480. x. Januarii nata, & Delphino Franciæ CAROLO VIII. desponsata, sed anno 1493. repudiata, demum 1497. JOHANNI, FERDINANDI *Catholici* Regis infanti, in matrimonium collacata est (78.). Verum hoc eodem adhuc anno maritus diem obiit, relicta uxore gravida, quæ acerbo eo casu afflicta, filiam immaturo partu ante tempus edidit.

Dehinc anno 1501. PHILIBERTO Sabaudix Duci iuncta (80. 81.), eoque anno 1504. ad plures abeunte, denuo facta vidua (82.), Belgii præfecturam singulari cum laude & felicitate (82.) gessit, ad annum usque 1530. quo Mechliniæ pridie Cal. Decembris diem supremum clausit.

Pro symbolo virtutem elegit, fortunæ victricem (79.) adscripto lemmate: VICTRIX FORTVNÆ FORTISSIMA VIRTVS. nec non montem altum, a ventis omni ex parte perflatum, adiecto lemmate: PERFLANT ALTISSIMA VENTI. & eiusmodi alia, suo loco (82.) adducta. *Conf. Gerard. de Roo. PONTUM HEUTER. ceteros.*

MARGARITÆ nummis e vestigio subiungimus duo unciales ^{Tab. XVIII.} GEORGII ab *Austria*, MAXIMILIANI I. Imp. filii nothi. Is anno 1525. Episcopatum Brixensem obtinuit, quo anno 1539. abdicato, a CAROLO V. ad Archiepiscopatum Valentix euectus, ac demum, hoc iterum dimisso, Episcopus Leodiensis (83. 84.) creatus est. Quo munere tribus ac decem annis magna cum laude defunctus, anno 1557. ætatis 52. vivere desiit. *Vid. KOEHL. m. b. l. P. XVII. pag. 57. FOULLON. in Historia Leod. Tom. II. pag. 251. seqq.*

LXXVIII.

MARGARITA. CAESARIS MAXIMILIANI FILIA. Caput MARGARITÆ nudum, ad pectus, sinistrorsum conversum. A dextris in area crux Burgundica ignitabulo inclusa, & corona tecta: quod a sinistris est signum, pro flore habeo, qui vinculo in formam nodi ligatur: flores enim & laqueos,
TOM. II. P. I.

feu vincula in nodum coeuntia Princeps hæc in nummis adhibuit, ut postea ex numismate maximi moduli planum fiet. In ambitu ante initium inscriptionis aquila simplex visitur, quæ nescio, an ornatus gratia adiecta sit.

Notasse porro iuvat, quod Cl. VREDIUS de MARGARETA *Maleana* in sigillis ad annum
H 1405.

PROLES I 405. coniectando affectus
MAXI- est: flosculi nimirum symbolo,
MILIA- alludi ad muliebre nomen MAR-
NI I. GARITÆ; sunt enim flosculi, quos
Gallice vulgo *Marguerites* no-
minant.

In postica parte scutum *Ar-
ragoniae* coronatum, infra ara
Christi 15. 16. Nummum
hunc ex tabulis HERÆI eduxi-
mus: sed vereor, ut unquam
extiterit in rerum natura. E-
nimvero anno 1516. quam æ-
ram nummus præfert, MAR-
GARITA ad statum viduitatis
iam secundo redacta, velata
comparere debuerat; deinde,
cum ei eodem tempore nullum
amplius in regnum Arragoniæ
ius competeret, non video,
quo titulo eiusdem regni sym-
bolo uti potuerit. Crediderim
ergo potius auctorem hanc po-
sticam nummi partem in lami-
na seorsim forte repertam, eo
animo primæ parti numismatis
addidisse, ut sanguinis nexum
MARGARITÆ, factæ cum JO-
HANNE, FERDINANDI *Catholici*
Regis Infante, connubio, cum
Regibus Arragoniæ significaret;
quod ipsum ab HERÆO in aliis
quoque nummis factum fuisse
animadverti. Certe inspicienti
mihi nummos in gazis aulae Vin-
dobonensis, unde HERÆUS sua
etiam ectypa defumpsit, non
obtigit, eius generis numisma
reperire. Alium vero ibidem
vidi eiusdem moduli nummum,
cuius exemplum numero pro-
xime antecedenti exhibui, cum
eadem averfa numismatis parte.
Inde ergo HERÆUS posticam il-
lam deprompserit; quod si hoc:
error Judæo Pragenfi, qui num-

num, ut iam monuimus, sup-^{Tab. XVII.}
posuit, adscribendus erit. T. H.

LXXIX.

Pars adverfa ut num. præ-
cedenti. In postica parte Vir-
tutis imago dextro brachio in
columnam acclinis, coronam at-
tollit, ad pedes prona iacet
Fortuna, quæ suam avertit co-
ronam, additur in peripheria
hemistychium: VICTRIX FOR-
TVNAE FORTISSIMA VIRTUS.

Nummum hunc præcedenti
subiungo; propterea quod in-
felix Princeps sinistram fortu-
nam in minori adhuc atate,
plus quam virili virtute supe-
ravit. Repudium enim a Gal-
lo prius passa: in Hispaniam
traiciens, sævam adeo tempe-
statem fortiter sustinuit, ut sibi
ipsi fecerit epitaphium (de quo
statim plura) atque adeo, ut
diximus: anno, quo thalamo
coniuncta fuit, maritum mor-
te abreptum vidit; quæ tam
multa tamque acerba fata forti-
ter sustinuisse, virtutem in fa-
mina ita commendant, ut iure
& merito pro symbolo sibi ele-
gerit, quo significaret, fortu-
næ inconstantiam sola virtute
superari.

Ut ad prædictum epitaphi-
um redeam, addendum hoc
loco, quod MARGARITA in
Hispanias navigans, instante
naufragio, ipsa intrepida hoc
sibi scripserit epitaphium:

ICY GIST MARGO NOBLE DA-
MOISELLE
DEVX FOIS MARIEE, ET MORTE
PVCELLE.

id

Tab. XVII. id est: *Petro SCRIVERIO* interprete:

Hic sita maiorum clarissima Margaritis ortu,

Bis sponsa; & nulli iuncta puella viro.

M. Imp. ar. pond. dimid. unc. 1. drach.

LXXX.

Typus adversæ huius partis cum duobus præcedentibus denovo congruit, cum hoc solum discrimine, quod in nomine MAXIMILIANI littera I. desideretur.

In altera nummi facie protome PHILIBETRI Sabaudia Ducis conspicitur, cum pallio, capite caliptra operto, & ad lævam converso. Additur titulus PHILIBERTVS. DVX. SABAVD.

Hanc quoque nummi partem ad anticam non pertinere, vel ex eo colligo; quod postica minoris est moduli, & additione tantummodo circulorum, seu orbium ad æqualitatem prioris numismatis partis composita. Ea vero de causa Cl. HERÆUS hanc sibi licentiam dedit, coniungendi diversas has nummorum partes, ut doceret, MARGARITAM cum PHILIBERTO Duce Sabaudia matrimonio iunctam fuisse. Verum

a GUICHENONE teste (a) ipso die nuptiarum, Ducis iussu, nummi missiles alterius formæ & typi ex argento sparsi sunt, qui in averfa parte caput Ducis sponsi præferebant, cum inscriptione: PHILIBERTVS DVX SABAVDIAE. In postica effigies MARGARITÆ sponsæ cum epithetis

TOM. II. P. I.
(a) Hist. Geneal. Domus Sabaud. Tom. I. pag. 614.

graphie: MARGARETA AVSTRIA PROLES ET BVRGVND. SABAVD. DVCISSA. MAXIMILIANI I.

In memoriam porro huius peracti matrimonii percussum est aliud numisma maximi moduli, cuius ectypon hic sequenti numero exhibemus. T. H.

LXXXI.

PHILIBERTVS DVX. SABAVDIAE. VIII. MARGV.rita (pro Margarita) MAXI. miliani CAE. saris AVG. usti FL. lia D. ucissa SA: baudia. Protome Ducis, caliptra pellicea replicata operti, & MARGARITÆ velatæ, se invicem intuentium.

In area flores & laquei amatorii ex reſte sparsi. Infra sepimen, in signum unionis & securitatis adpositum.

GLORIA. IN. ALTISSIMIS. DEO ET IN TERRA PAX. HOMINIBVS: BVRGVVS:

Scutum a summo bipartitum, imposito maiori laqueo amatorio ex reſte. Laterculus dexter Sabaudia insignia refert: similiter quadripartitus, ad normam sigillorum, quibus PHILIPPUS Austriacus anno 1499. in Belgio (b) usus est. Continentur eo symbola Austriae, Burgundia nova & vetera, nec non Flandria: his superimposita parmula, impresso leone sive Habsburgico, sive Limburgico.

Duo quoque laquei & totidem flores ad umbonis latera expressi, additis in medio litteris FE, ex parte altera RT, quæ siglæ: FE. licia R. edeunt T. tempora exponi possent; caussa hu-

H 2 ius
(b) Oliv. VREDIUS de sigill. Com. Fland. pag. 132.

b

PROLES
MAXI-
MILIA-
NI I.

ius rei: quod cum paullo ante
MAXIMILIANUS Cæsar eundem
PHILIBERTUM, qui tum tem-
poris pro Gallia steterat, arma-
to milite aggredi tentaverit,
per subsequens matrimonium
exortum, amice compositum,
& pax feliciter sit restituta;
hinc *felicia rediisse tempora* sibi
merito gratulari poterat PHILI-
BERTUS; quod conceptum gau-
dium amplius constat ex epigra-
phe eiusdem partis numismatis,
quam supra recitavimus: *Glo-
ria in altissimis Deo &c.* Ve-
rum cum utraque nummi area
laqueis amatoriis, Ordinem E-
questrem, postea ab *Annuntia-
tione* (dell' Annuntiata) B. M.
Virginis appellatum, signanti-
bus, conspersa sit: dubium haud
est, quin eadem litteræ, quæ
collari Equitum huius Ordinis
inscribi, & varie exponi solent,
eiusdem symbolum spectent
a (a). De floribus, qui in ea-
dem area conspicui sunt, di-
ctum a nobis est in notis ad
primum MARGARITÆ num-
mum.

Numisma porro istud nuptia-
le, cuius anteriorem solummo-
do partem Cl. HERÆUS tabulis
suis, de Domo Sabaudia, æri
incisam exhibet, *Burgis Sebu-
stianis* percussum fuisse, doce-
mur non modo a Viro Cl.
b GUICHENONE (b); sed hoc
ipsum etiam evincit vocabulum
Burgus, quod in epigraphe
posticæ partis nummi legere li-
cet.

Eiusdem scriptoris testimo-
nio tenemus, quod MARGARI-

(a) Vid. l' Histoire des Ordres Monast. &
Milit. Tom. VIII. p. 322. & Phil. BON-
ANNI Ritter - Orden p. 9.

TA durante matrimonio cum Tab. XVII.
Duce PHILIBERTO, pro sym-
bolo assumpserit montem al-
tum, a ventis ex omni parte
perflatum, cum lemmate: PER-
FLANT ALTISSIMA VENTI. (c). c
M. Imp. e. M. S. B. e. inaur.

LXXXII.

MARGVAR. ita MAX. imiliani
IMP. eratoris FIL. ia D. ucis SAB.
audie VID. ua. Princeps vidua
velato capite, & supra pectus
vinculo adstrictum vellus aure-
um gestans.

In postica palmam, in me-
dio positam, fulmina ex nubi-
bus percutiunt. Infra ad latus
dextrum crux imposita cor-
na cum ignitabulo, ex quo
flammæ profiliunt, adiecto he-
mistichio: SPOLIAT MORS MV-
NERA NOSTRA.

Hic bene advertas, velim:
MARGARITAM suis in nummis,
uti supra vidimus, tesseras quas-
dam ex Ordine aurei velleris
adposuisse, hic vero comparet
cum insigni velleris aurei; qua
in re exemplum matris imitata,
quæ in nummo nuptiali, anno
1477. cuso (cuius ectypon su-
pra dedimus num. iv.) scutum
Austria & Burgundia, torque
aurei velleris cinxit: quin ipsa
MARIE *Burgundica* effigies in
tabulis genealogicis archivi ci-
vium Vindobonensium etiam
cum torque aurei velleris sifit-
tur, quod in Pinacotheca nostra
cerni potest. Ex his vero mo-
numentis non leve momentum
vindiciis Austriacis pro aurei
velleris Ordine, accedit.

Cæte-

(b) Loco supra cit. T. I. p. 614.
(c) Ibid. p. 618.

o cum
o sym
tem al
ni parte
e: pra
ra (c)
manor.

imiliam
ir sab
vidua
pectus
aure

in me
t nubi
d latus
coro
k quo
to he
s xv

lim:
mmis,
quas
velleris
mparet
; qua
mitata,
anno
on su
cutum
orque
in ipsa
jes in
vi ci
etiam
fisti
nostra
o mo
entum
aurei
ete